

27, 35

Jahresbericht

über das

Königliche Katholische Gymnasium

zu Braunsberg

vom Schuljahr 1874—75,

mit welchem

zu der öffentlichen Prüfung am 30. Juli und zu den
Schlußfeierlichkeiten am 31. Juli

ergebenst einladet

der Direktor des Gymnasiums

Dr. Otto Meinerz.

Inhalt: 1. Wissenschaftliche Abhandlung des Gymnasiallehrers Dr. Ritt:
Observationes grammaticae quaedam in Caesarem.
2. Schulnachrichten vom Direktor.

Braunsberg.

Gebrudt bei C. A. Heyne.



9br
6 (1875)

Opbergschein

aus dem



Leihchein für

Leihdauer bis

18 - 1911. Oktober 20. 00

ausgestellt am

am 08.08.1911 und zurückzugeben am 18.08.1911
unter Aufsicht eines Lehrers

Leihchein gültig

am 18.08.1911 ab

abgenommen

Leihchein ist gültig bis 08.08.1911
oder bis zur Rückgabe am 18.08.1911
unter Aufsicht eines Lehrers



Leihchein gültig

am 18.08.1911 ab

Observationes grammaticae quaedam in Caesarem.

Legenti mihi cum discipulis hocce anno Caesaris commentarios jam primis capitibus permulti occurrerunt loci, quibus Caesar a legibus, quas nostrae memoriae grammatici consti-
tuerunt atque circumscripterunt, et ab usitato genere dicendi secedere videtur. Quare omnes
hujusmodi locos colligere, digerere, percensere mihi proposui, ut certi aliquid discipulis cum
de genere dicendi tum de legibus grammaticis Caesarianis in commentariis interpretandis tradere
possem. Ex quo labore eo majores fructus capere mihi videbar, quod in tradenda arte gram-
matica ubique ad auctorem, qui in manibus erat discipulis, recurrere potui. Cum autem eos
grammaticae paragraphos docerem, qui ut sunt ad intelligendum difficillimi ita discipulorum
ingenium intellectumque maxime excitant atque acount, paragraphos dico, qui agunt de pronomine
reflexivo et de modo conjunctivo, maximam praebent difficultatem ii loci Caesariani, qui cum
notis legibus grammaticis non congruunt. Quare eos locos imprimis aggressus sum et percensui.
Sed observationes, quas hac occasione data institueram, diu et fortasse semper in scrinio abditae
mansissent, nisi mihi hujus programmatis paginae liberalissime concessae essent. Si quid, quod
parvum esse scio, eos, qui commentarios Caesaris interpretantur, adjuvero, mihi satis fecisse
videbor. Haec praefatus jam ad rem ipsam accedo.

§ 1.

Ac primo quidem loco de pronomine reflexivo agere mihi est in animo. Summa lex de
usu pronominis reflexivi a doctissimis atque illustrissimis viris constituta atque enucleata his fere
verbis continetur:

Pronomen reflexivum significat objectum, quounque casu obliquo continetur, quounque cum
praepositione construitur, si vis effectusque verbi refertur ad subjectum ejusdem enuntiati, si
subjectum atque objectum verbi sunt una eademque sive persona sive res. Porro etiam in
enuntiatis obliquis pronomen reflexivum exhibet objectum non solum, si illud spectat ad ejusdem
enuntiati subjectum, sed etiam, si refertur ad subjectum ejus enuntiati, a quo pendet enuntiatum
obliquum, si enuntiatum obliquum ex animo, de sententia, ex voluntate, ex cogitatione, ex consilio
subjecti sententiae primariae promittit. Ea enim enuntiata tam arta tamque continua congluti-
natione inter se cohaerent, ut subjectum enuntiati primarii quodammodo sit subjectum etiam
enuntiati secundarii, etiamsi non grammaticum sed logicum tamen, vel potius causa efficiens, ut
subjectum enuntiati secundarii quasi instrumentum quoddam subjecti enuntiati primarii videatur
esse. Itemque pronomen reflexivum „suum“ eadem ratione usurpat, si rem possessionemque
indicat subjecti ejusdem enuntiati, aut in enuntiatis obliquis, si refertur ad subjectum enuntiati, a
quo pendet enuntiatum obliquum ita, ut supra demonstravimus. Sin vero objectum aliam, atque
de qua supra sermo fuit, personam vel rem indicat, hoc objectum non pronomine reflexivo sed
pronomine demonstrativo „is“ significatur, itemque res possessioque aliis personae continetur

genitivo pronominis „is“. Paene hoc loco, quae Eichnerus¹⁾ protulit, praesertim cum, qui proximis temporibus grammaticam latinam conscripserunt, maxima ex parte cum eo consentiant, ea laudavi, sed ne tempus neve hujus programmatis spatium consumam atque conteram, id facere superseedeo. — Cf. Jahresbericht des Königl. Kath. Gymnasiums zu Gross-Glogau, 1860 et 1869. — Jahresber. 1860, pag. 1.

Quamquam ea regula atque lex plerumque a Caesare, qua erat urbanitate atque eloquentia, servata est²⁾, reperiuntur tamen haud raro loci, quibus ea regula plane neglecta videtur esse, quos locos accuratius latiusque jam perscrutemur atque recenseamus.

Ejusmodi loci in duo genera sunt dividendi, quorum est alterum, ubi pronomine reflexivo Caesar utitur, quamquam nos pronomen demonstrativum exspectamus, alterum, ubi contra Caesar pronomine demonstrativo utitur, quamquam leges, quas supra exposuimus, pronomen reflexivum postulant. Neque negari potest, leges, quas supra descripsimus, esse artiores, quam quas a latinis scriptoribus et aureae, quam dicunt, aetatis quidem semper observatas inveniamus; immovvero sunt a grammaticis nostrae aetatis ampliatae. — Cf. Haase, Note 384; F. Schultz, § 317, Anm. 1. Conf. Madvig, § 481, Anm. 1.

Ac primum quidem est monendum, non necessario subjectum, ad quod spectet pronomen reflexivum, esse debere subjectum grammaticum, sed etiam subjectum logicum esse posse. Nota sunt ejusmodi enuntiata:

Cic. de fin. V, 13 § 37. Cui proposita sit conservatio sui, necesse est huic partes quoque sui caras esse.

Cic. de senect. 6, 19. Num igitur, si ad centesimum annum vixisset, senectutis suaem poeniteret?

¹⁾ Eichnerum maxima ex parte et in his et in ceteris, quae protulerit, viros illustrissimos Haasium et Kruegerum, secutum esse, te non effugiet.

²⁾ Non piguit me enumerare, quoties Caesar libro primo belli galici pronomine reflexivo usus sit, cum id referat ad subjectum ejusdem enuntiati, quoties illud spectet ad subjectum enuntiati primarii. Hic habes numerum. Priori modo eo usus est centies vicies ter, altero centies quadragies sexies. Neque minus saepe inveniuntur exempla, in quibus ad regulam illam, quam supra exposuimus, recte positum est pronomen demonstrativum „is“, ex quibus haec tantummodo ex libro primo b. g. proferam.

I, 5. ... post ejus (Orgetorigis) mortem nihilo minus Helvetii id, quod constituerant, facere conantur, ut...

I, 7. ... rogare (Helvetios), ut ejus (Caesaris) voluntate id sibi facere liceat.

I, 12. Qua in re Caesar non solum publicas sed etiam privatas injurias ultus est, quod ejus socii L. Pisonis avum Tigurini interfecerant.

Hic animadvertis, queso, in enuntiato causal modo indicativo Caesarem usum esse, quod narrat non id, quod ipse cogitat, sed quod factum est; qua re utitur pronomine demonstrativo.

I, 13. Is (Divicus, legatus Helvetiorum) ita cum Caesare agit. Si pacem populus Romanus cum Helvetiis faceret, in eam partem ituros atque ibi futuros Helvetios, ubi eos Caesar constituissest ...

Hic suis verbis Divicus loquitur, Helvetiique ei sunt, ut ita dicam, tertia persona alienaque res; infra vero reminiscitur, se ipsum esse Helvetum, pro quibus loquitur, et pergit eorum verbis: Se (Helvetios) ita a patribus majoribusque suis didicisse ...

Quamquam eam rem etiam infra luculentius tractabo.

I, 14. His Caesar respondit: ... si obsides ab iis (Helvetiis) sibi (Caesar) dentur ... sese cum iis pacem facturum.

I, 16. ... graviter (Caesar) eos (Aeduos) accusat, quod ... ab iis non sublevetur, praesertim cum magna ex parte eorum precibus adductus bellum suscepit.

I, 19. ... quod obsides inter eos (inter Helvetios et Sequanos) dandos curaret (Dumnorix). Intelliges, hoc loco non ponit potuisse „inter se“, quod nulla est res in eo enuntiato, ad quam referri potest; enimvero „inter eos“ non spectat ad obsides.

I, 27. ... atque (cum) eos (Helvetios) suum adventum exspectare jussisset (Caesar) ...

I, 31. ... petieruntque (principes civitatum), uti sibi secreto de sua omniumque salute cum eo (Caesare) agere liceret.

I, 34. Si quid ipsi a Caesare opus esset, sese (Ariovistum) ad eum (Caesarem) venturum fuisse, si quid ille (Caesar) se (Ariovisto) velit, illum (Caesarem) ad se (Ariovistum) venire oportere. Cujus generis exempla ubique apud Caesarem inveniri possunt, ut alia plurima addere possim; sed longum est.

Huc referendi sunt hi Caesaris loci:

b. c. III, 31, 4. Voces militum cum audirentur, sese ituros ... (Milites cum vocitarent).
b. c. III, 33, 1. ... litterae ei redduntur a Pompejo, properaret ad se (Pompejum) (Pompejus ei scripsit).

b. g. V, 53, 6. ... ab L. Roscio certior factus est (Caesar), oppugnandi sui (Rosci) causa convenisse.

b. c. II, 8, 1. ... est animadversum ab legionariis, magno sibi (legionariis) praesidio esse posse.

Neque hoc loco praetereundum esse puto, quod Caesar etiam in constructione ablativeorum absolutorum nunquam pronomine demonstrativo usus est, si pronomen referri debet ad subjectum apodosis, quam vocant, aut ad eam personam, cuius de sententia ablativi absoluti exhibentur, uno excepto loco, de quo infra agetur.

b. g. I, 5, 4. Persuadent Rauricis et Tulingis et Latovicis finitimis, ut eodem usi consilio oppidis suis vicisque exustis una cum iis (Helvetiis) proficiscantur ...

b. g. I, 25, 1. Caesar primum suo, deinde omnium ex conspectu remotis equis ... proelium commisit.

b. g. I, 40, 1. ... vehementer eos incusavit (Caesar): primum quod ... putarent, Ariovistum se (Caesare) consule cupidissime populi Romani amicitiam appetisse ...

b. c. I, 47, 6. Quos cum apud se in castra Ariovistus conspexisset, exercitu suo praesente exclamavit ...

b. g. I, 53, 7. Is (G. Valerius Procillus) se praesente de se ter sortibus consultum dicebat.

b. g. I, 52, 4. At Germani celeriter ex consuetudine sua (Germanorum) phalange facta impetus gladiorum exceperunt.

b. g. II, 32, 3. Re nuntiata ad suos, quae imperarentur, facere dixerunt ... — Postquam legati Aduatucorum rem ad suos nuntiaverunt, quae imperarentur, se facere (legati vel Aduatuci) dixerunt. Quamquam hic locus etiam ad regulam, quam modo exposuimus, referre potest; „suos“ refertur enim ad subjectum logicum.

b. g. V, 4, 3. ... nihilo tamen secius principibus Treverorum ad se (Caesarem) convocatis hos singillatim Cingetorigi conciliavit (Caesar).

b. g. III, 8, 5. Omni ora maritima celeriter ad suam sententiam perducta communem legationem ad P. Crassum mittunt (Veneti et socii). b. g. III, 20, 4. ... equitatu suo pulso copias pedestres ostenderunt. b. g. IV, 16, 4. ... si se invito Germanos in Galliam transire non aequum existimaret ... Conf. III, 17, 3; IV, 18; V, 4, 2; V, 54, 1; VII, 9; VII, 81; VIII, 8; VIII, 28.

Quam rem paulo luculentius tractavi, ut demonstrem, constructionem casuum ablativeorum absolutorum, qui vocantur, non esse alienam et plane remotam a constructione periodi, qua continetur; sed infra quoque ad eam rem revertemur.

Item animadvertis potest, cum actio verbi, quamquam forma finita ejus verbi non exhibeat, sed participium, gerundium vel gerundivum usurpetur, referatur ad personam vel rem agentem, eam reciprocationem tamen indicari pronomine reflexivo, quamvis sit ea persona vel res enuntiati objectum.

b. g. III, 4, 4. ... sed ne saucio quidem ejus loci, ubi constiterat, relinquendi ac sui recipiendi facultas dabatur. „Sui“ spectat ad saucium; ad quem tamen locum contra dicere potes, saucium esse subjectum logicum; dici enim potest, saucius non habebat locum; sed alii loci praesto sunt.

b. g. III, 6, 1. ... neque sui colligendi hostibus facultatem relinquunt ... — „sui“ h. l. spectare ad „hostibus“ consentaneum est.

b. g. III, 19, 1. ... ut quam minimum spatii ad se colligendos armandosque Romanis daretur.

b. g. IV, 34. ... interim barbari nuntios dimiserunt ... praedicaverunt, et, quanta praedae facienda atque in perpetuum sui liberandi facultas daretur, ... demonstraverunt.

b. g. V, 17, 4. Nostri ... praecipites hostes egerunt neque sui colligendi neque consistendi ... facultatem dederunt. Conf. V, 38, 2; IV, 9, 6; VI, 37, 2; VII, 80, 8.

Pronomen reflexivum porro usurpat Caesar simili modo ac ceteri auctores latini, cum conjungitur cum pronomine „quisque“, quicunque pronominis casus exhibetur.

b. g. VII, 32, 5. ... suas cujusque eorum clientelas (esse).

b. g. VII, 81. ... suus cuique erat locus definitus³⁾.

Huc jam accedit, quod pluralis numerus pronominis possessivi „sui“ pro substantivo, quod est nostrum „die Angehörigen“, ponitur, etiamsi referendum est ad objectum enuntiati.

V, 36, 1. Quintus Titurius, cum procul Ambiorigem suos cohortantem conspexisset (Quintus Titurius) ... — Hic „suos“ significat milites Ambiorigis. Quem locum jam superiori observationi attribuere potui.

Jam sequitur, ut moneamus, pronomen reflexivum imprimis possessivum usurpari etiam, cum referatur ad objectum ejusdem enuntiati; qua in re potest observari, pronomen reflexivum juxta res vel personas esse positum, ad quas spectet.

b. c. I, 22, 5. ... ut tribunos plebis in ea re ex civitate expulsos in suam dignitatem restitueret (Caesar).

b. c. III, 24, 3. Atoniane scaphae unam ex his quadriremem cum remigibus defensoribusque suis (quadriremis) ceperunt.

b. g. V, 53, 3. Caesar Fabium cum sua (Fabii) legione remittit in hiberna⁴⁾, ipse (Caesar) cum tribus legionibus circum Samarobrivam hiemare constituit.

b. c. III, 97, 3. ... partem in sua castra remisit (Caesar). — Quo loco etiam „sua“ ad subjectum referri potest, id quod Eichnerus non vidisse videtur. (Conf. I. I. partis prioris pag. 17.)

Usurpatur denique a Caesare pronomen reflexivum locis quibusdam, ubi regula nostra postulat pronomen „is“.

b. g. VI, 9, 2. Caesar duabus de causis Rhenum transire constituit, quarum erat altera, quod auxilia contra se (Caesarem) Treveris miserant. Ad quem locum Eichnerus pag. 16 part. alt. sic disputat: Bei Caesar bilden diese Sätze — in quibus pronomen reflexivum praeter opinionem usurpatur — zum Theil vollständige Gedanken aus einer gehaltenen Rede. Caesar hat entweder vor seinen Soldaten, oder was wahrscheinlicher ist, vor Cingetorix, dem er die Leitung und das Kommando über jene Provinz übergab, diese Worte gesprochen: Ich bin fest entschlossen über den Rhein zu gehen, weil die Germanen gegen mich den Treverern Hilfe geschickt haben.

b. c. III, 53, 5. Quem Caesar, ut erat de se(Caesare) meritus et de republica, ab octavis ordinibus ad primipilum se traducere pronuntiavit. Ad quem locum Eichnerus ita disserit: Hier giebt der Inhalt des Hauptatzes sehr deutlich an, dass Caesar laut vor den Soldaten erklärte: ich befördere den Hauptmann der achten Cohorte, Scaeva, nach seinen Verdiensten um mich und um den Staat zum ersten Hauptmann der ersten Cohorte.

Quae deductio mihi justo longior videtur esse; Caesar significat simpliciter pronomine reflexivo, se ita sentire, et modus indicativus indicat, rem re vera se ita habere; argumentum enuntiati relativi ut sententiam suam sibi Caesar arripit.

Jam fleetit oratio ad alteram hujus disquisitionis partem; restat enim, ut etiam eos locos commemorem, quibus pronomen demonstrativum „is“ positum est, ubi nos pronomen reflexivum exspectamus. Pronomen reflexivum usurpari in enuntiatis obliquis, quae de sententia subjecti enuntiati primarii exhibeantur, jam supra monimus; sin vero enuntiatum obliquum, etiamsi modo conjunctivo continetur, non ad subjectum enuntiati primarii refertur, sed si alia persona agens aut cogitans in animo auctoris haeret, est ei non amplius subjectum enuntiati primarii proxima persona, quod attinet ad enuntiatum secundarium, sed persona agens et cogitans, sive ea persona

³⁾ Moebius sic legit; Kranerus: ut cuique locus.

⁴⁾ Kranerus sic legit; Moebius: legione in sua remittit hiberna.

hujus enuntiati est subjectum grammaticum sive logicum. Pronomen reflexivum enim significat cohaerentiam atque propinquitatem quandam vel mentis vel loci inter eas res, quae pronomine reflexivo, ut ita dicam, conjunguntur, quod imprimis elucet ex iis locis, quibus pronomen reflexivum ad objectum enuntiati refertur, quos jam supra protulimus. Si quando ex animo auctoris propinquitas evanescit, si quando subjectum enuntiati primarii est ei persona remotior ab animo, hanc quoque personam pronomen demonstrativum „is“ significat⁵). Sed allatis exemplis res lucidior fiet:

b. g. I, 5, 4. Persuadent (Helvetii) Rauricis et Tulingis et Latovicis finitimis, ut eodem usi consilio oppidis suis vicisque exustis una cum iis (Helvetiis) profiscantur.

b. g. I, 6, 3. Allobrogibus sese vel persuasuros, quod nondum bono animo in populum Romanum viderentur, existimabant (Helvetii) vel vi coacturos, ut per suas (Allobrogum) fines eos (Helvetios) ire paterentur⁶.

b. g. I, 11, 3. ... legatos ad Caesarem mittunt rogatum auxilium (Aedui): Ita se omni tempore de populo Romano meritos esse, ut paene in conspectu exercitus nostri (Caesaris) agri vastari, liberi eorum (Aeduorum) in servitatem abduci, oppida expugnari non debuerint⁷).

b. c. III, 75, 2. ... reliquias (legiones) ... eodem itinere praemisit parvoque spatio intermissio, „ut“ et militare institutum servaretur et quam serissime ejus (Caesaris) profectio cognoscetur (a Pompejo), conclamari jussit (Caesar).

De iis, quos modo protuli, locis et haec dici possunt: Perdifficilis est interdum distinctio, utrum ut finalem an consecutivam vim habeat, ut penes auctorem sit modo has modis illas vices conjunctioni „ut“ attribuere. Id fieri posse in verbis: permittere, committere, cogere, persuadere inter grammaticos constat, et sunt hi loci ejusmodi, ut de vi consecutiva conjunctionis „ut“ cogitari possit. Quod maxime apparet ex b. g. I, 11, 3.

Etiam reliquis, quos enumeravi, locis in „ut“ consecutivam vim inesse posse, ex verbis persuadere, cogere efficitur, id quod etiam Kranerus animadvertisse mihi videtur, si rectum est, quod Eichnerus l. l. partis II pagina 15 dicit: „Sehr richtig bemerkte Kraner zu dieser Stelle, dass, wenn statt persuadent suadent stände, auch secum stehen würde“. „Per“ enim indicat rem effectam, quam aliquid consequitur. Si igitur persona quaedam aut auctor ipse magis

⁵) Hand ita dilucide ea de re Eichnerus l. l. pag. 13 disputat: Unter diese Art von Sätzen gehören ferner noch eine grosse Anzahl solcher, in denen Gedanken eines Subjectes mitgetheilt, die Rückbeziehungen auf dasselbe mit dem Reflexiv bewirkt, doch diese in den wieder von diesen abhängigen Sätzen mit dem Personalpronomen „is“ eingeleitet werden. Die Sätze sind von solcher Beschaffenheit, dass vom Hauptverbum ein Satz abhängt, in welchem das Hauptsubject das denkende ist, dass diesem abhängigen Satze ein anderer untergeordnet ist, in welchem entweder das denkende Subject das grammatische bleibt, oder ein neues Subject eintritt. Sin vero Eichnerus partis II pag. 14 pergit: Diese Sätze sind eben diejenigen, von welchen ich im allgemeinen Theile sagte, dass in ihnen der bei den Griechen so gewöhnliche Sprachgebrauch, auf das Reflexiv in ferneren Beziehungen das Personalpronomen folgen zu lassen, auch im Latein sich nachweisen lasse, non intelligo, qua de causa hanc totam disputationem instituerit.

⁶) Kranerus ad hunc locum adnotat: Die Rücksicht auf die Deutlichkeit nach dem vorangegangenen „suos“ veranlasste hier, von der Regel abzuweichen; gewöhnlicher wird in diesem Falle ipse gebraucht.

⁷) Eichnerus l. l. partis II pag. 12 ita hunc locum eruit: Traten in einer Rede Gesandte als die sprechenden Personen auf, so sprachen sie gewöhnlich im Namen des sie absendenden Volkes und die Rückbeziehung wird dann auf sie und auf das Volk durch das Reflexiv bewirkt, soll aber ihre Person von der des Absenders geschieden werden, so wird auf die Gesandten als auf die erste, die sprechende Person mit dem Reflexiv, auf den Absender aber als auf die dritte mit dem Personalpronomen „is“ oder den Demonstrativen „hic, ille“ hingewiesen. Ibid. pag. 13. Die bittenden Gesandten der Aeduer identificiren sich in „se“ mit ihrem Volke, geben aber in liberi eorum blos die Beziehung auf die Aeduer, nicht auf ihre eignen Kinder, wenn sie welche hatten. Mihi quidem non elucet, quare legati suos liberos ex eadem calamitate servituteque exemptos esse sciant; alioquin „eorum“ non solum ad „liberi“ sed etiam ad oppida referendum esse, consentaneum est, quae oppida profecto etiam oppida legatorum sunt; qua re efficitur, his verbis Eichnerum hunc locum non recte eruisse, quod ipse sentiens Eichnerus ibid. pag. 14 de eodem loco Caesariano pergit: Hier ist aus dem Vorhergehenden leicht das logische Subject ab Helvetiis abduci zu ergänzen. Dieser Satz findet seine Verwendung hier richtiger als oben, weil hier die Gesandten auch in dem Satze mit „ut“ mit ihrem Volke, den Aeduern identificirt bleiben und eorum wegen des logischen Subjects gesetzt wird.

effectum quam consilium respicit, conjunctioni „ut“ vim consecutivam attribuit, quod etiam in ultimum locum (b. c. III, 75, 2) cadere mihi quidem persuasum est; Caesar magis de re effecta, se hoc instituto Pompejum decepisse, quam de consilio suo, ut Pompejum deciperet, in scribendo cogitavit, praesertim cum postea rem gestam perscripserit. Jam vero inter omnes constat persaepe enuntiata consecutiva non ex animo sentientis vel dicentis proferri, sed esse enuntiata paene absoluta, ut pronomen „is“ in iis recte ponatur. Quod b. g. II, 14, 5. „Pro his Divitiacus facit verba: ... petere non solum Bellovacos sed etiam pro his Aeduos, ut sua clementia ac mansuetudine in eos (Bellovacos) utatur“, Caesar „in eos“ posuit, legem grammaticam salvam esse, manifestum est; nam etiamsi Bellovaci petunt, Aedui tamen Divitiaco ante oculos petentes observantur, ut ei sint Bellovaci remotiores personae.

Sed alii quoque loci hic considerandi sunt:

b. g. I, 14, 3. Quodsi veteris contumeliae oblivisci vellet, num etiam recentium injuriarum, quod eo (Caesare) invito iter per provinciam temptassent, ... memoriam deponere posse?

b. g. I, 37, 1. ... legati ab Aeduis et ab Treveris veniebant: Aedui questum, quod Harudes, qui nuper in Galliam transportati essent, fines eorum (Aeduorum) populararentur.

b. g. I, 47, 1. Biduo post Ariovistus ad Caesarem legatos mittit: Velle se de his rebus, quae inter eos (inter Ariovistum et Caesarem) agi cooptae neque perfectae essent, agere cum eo.

b. g. V, 27, 2. ... apud quos Ambiorix ad hunc modum locutus est: Sese pro Caesaris in se (Ambiorigem) beneficiis plurimum ei confiteri debere, quod ejus (Caesaris) stipendio liberatus esset, quod Aduatuicis finitimus suis pendere consuisset, quodque ei (Ambiorigi) et filius et fratris filius ab Caesare remissi essent.

b. c. I, 35, 4. Legati Massilienses renuntiant: Principes vero esse earum partium Cn. Pompejum et C. Caesarem, patronos civitatis; quorum alter agros Volcarum Arecomicorum et Helvetiorum publice iis (Massiliensibus) concesserit (Caesar), alter ... auxerit.

b. c. III, 30, 5. ... (Pompejus) suos omnes in castris continuit ignesque fieri prohibuit, quo occultior esset ejus (Pompeji) adventus.

Accuratus hos locos contemplantes effugere non potest, in his enuntiatis relativis vel causalibus res re vera gestas narrari. Sunt hi loci contrarii iis, quos supra enumeravimus, quibus pronomen reflexivum usurpat, quamquam modus indicativus positus est. Ut illic Caesar aut persona, quae rem narrat, significare voluit pronomine reflexivo, rem narrari ex animo suo, et modo indicativo, rem re vera ita sese habere, sic e contrario his locis modo conjunctivo indicatur, rem proferri ex animo ejus, qui narrat, et pronomine demonstrativo rem ita re vera esse factam. Duos parietes, ut ita dicam, auctor de eadem fidelia dealbat. Supersunt praeterea tres loci, quibus ultra leges grammaticas Caesar pronomine demonstrativo usus esse videtur.

b. g. II, 1. Caesar litteris Labieni certior fiebat omnes Belgas contra populum Romanum conjurare. „Conjurandi has esse causas: primum quod vererentur (Belgae), ne omni pacata Gallia ad eos exercitus noster adduceretur...“

b. c. I, 2, 3. M. Calidius in eam orationem ingressus est: timere Caesarem ereptis ab eo (Caesare) duabus legionibus, ne ad ejus (Caesaris) periculum reservare et retinere eas ad urbem Pompejus videretur.

Quis non intelligit, in his duobus enuntiatis Caesarem referre non ex suo, non ex Belgarum animo, sed ex Labieni, ex Calidii? Ut superioribus locis persona efficiens praevaluit, sic in his duobus enuntiatis persona, quae rem narrat. Item hoc loco:

b. g. VII, 1, 6. Imprimis rationem esse habendam dicunt (Galli), priusquam eorum (Gallorum) clandestina consilia efferantur, ut Caesar ab exercitu intercludatur.

Caesar pronomen demonstrativum posuit, quod magis nuntios quam Gallos ante oculos habet; sed quod hic pronomen „eorum“ etiam ad eos, „qui belli initium faciant et sui capit is periculo Galliam in libertatem vindicent“, referri potest, hunc locum missum facio.

Denique liceat mihi paucos afferre locos, quibus comprobetur, pronomen „ipse“ non in universum pro pronomine reflexivo aut demonstrativo collocari posse, ita ut semper recte usur-

petur; sed significat semper pronomen „ipse“ oppositionem quandam inter diversas personas aut illam personam, quae praeter ceteras in oratione praevalet; ubi ea, quae admonui, desunt, „ipse“ neque pro „se“ neque pro „is“ ponи licet.

b. g. I, 13, 5. Quod improviso unum pagum abortus esset, cum ii, qui flumen transiissent, suis auxilium ferre non possent, ne ob eam rem aut suaе magnopere virtuti tribueret aut ipsos despiceret.

b. g. I, 19, 1. ... quod ea omnia non modo injussu suo et civitatis, sed etiam inscipientibus ipsis fecisset. ...

b. g. I, 34, 2. Si quid ipsi a Caesare opus esset, sese ad eum venturum fuisse...

b. g. I, 40, 4. ... aut cur de sua virtute aut de ipsius diligentia desperarent? et paulo infra: ... hac ne ipsum quidem sperare ...

b. g. I, 44, 22. ... sedes habere in Gallia ab ipsis concessas...

Jam habes locos, quos, nisi multiloquus esse nolle, mirifice augere possem.

§ 2.

Jam transeamus ad alteram et tamen e parte quadam cum priori conjunctam disquisitionem, quatenus illa lex grammatica scriptis Caesaris confirmetur, qua lege enuntiata relativa, si sunt partes cohaerentes accusativi cum infinitivo aut enuntiati conjunctivi, conjunctivo quoque modo exhibenda sunt. Hanc legem universe apud Caesarem esse observatam, ubique invenies. Paucos tantummodo proferam locos, quibus modus conjunctivus in enuntiatis relativis, quae sunt partes cohaerentes sive enuntiati conjunctivi sive acc. c. inf., exhibetur:

b. g. I, 48, 2. ... castra fecit eo consilio, ut frumento commeatuque, qui ex Sequanis et Aeduis supportaretur, Caesarem intercluderet.

b. g. II, 2, 3. Dat negotium Senonibus reliquisque Gallis, uti ea, quae apud eos gerantur, cognoscant.

b. g. III, 3, 3. Nonnullae hujusmodi sententiae dicebantur, ut impedimentis relictis eruptione facta isdem itineribus, quibus eo pervenissent, ad salutem contendenter.

b. g. II, 35, 1. ... tanta hujus belli ad barbaros opinio prolata est, uti ab iis nationibus, quae trans Rhenum incolerent, mitterentur legati ad Caesarem.

b. g. III, 4, 1. Brevi spatio interjecto, vix ut rebus, quas constituisserunt, collocandis atque administrandis tempus daretur.

b. g. V, 23, 3. Ac sic accidit, ut ex tanto navium numero tot navigationibus neque hoc neque superiore anno ulla omnino navis, quae milites portaret, desideraretur; at ex iis, quae inane ex continenti ad eum remitterentur et prioris commeatus expositis militibus et, quas postea Labienus facandas curaverat, per paucae locum caperent ...

VII, 30, 4 ... et sic sunt animo consternati homines insueti laboris, ut omnia, quae imperarentur, sibi patienda existimarent.

VI, 1, 2. ... petit (Caesar), quoniam ipse ad urbem cum imperio rei publicae causa remaneret, quos ex Cisalpina Gallia consulis sacramento rogavisset, ad signa convenire et ad se proficiisci juberet.

b. g. VII, 33, 2 ... et, quod legibus Aeduorum iis, qui summum magistratum obtinerent, excedere ex finibus non liceret, ... ipse in Aeduos proficiisci constituit.

b. g. I, 22, 4. Multo denique die per exploratores Caesar cognovit, et montem a suis teneri et Helvetios castra movisse et Considium timore perterritum, quod non vidisset, proviso sibi renuntiasse.

b. g. I, 27, 2. ... atque (cum) eos in eo loco, quo tum esset, suum adventum exspectare jussisset, paruerunt.

b. g. I, 32, 2. Animadvertisit Caesar, unos ex omnibus Sequanos nihil earum rerum facere, quas ceteri facerent. Cf. b. g. II, 16, 4; II, 32, 3; III, 8, 2; IV, 22, 1; V, 4, 3; V, 7, 7; V, 54, 1; VI, 25, 5; VI, 32, 1; VII, 33, 4.

Conjunctivi modi omnibus his locis una eademque est causa; conjunctivus enim significat non rem actam sed rem cogitamat; conjunctivus non est modus, ut ita dicam, objectivus sed subjectivus, et rerum scriptor indicat hoc modo, non ex animo suo se sed alius personae rem enarrare, quare in enuntiatis consecutivis ipsis, quatenus cogitata, quae exstant in imaginatione, continent, modus conjunctivus ponitur et simul in enuntiatis relativis, quae cum iis conjunguntur. Eadem de causa etiam in oratione obliqua omnia enuntiata secundaria, quae in oratione directa modo indicativo exhibentur, et enuntiata relativa, modum habent conjunctivum, quod intelliges, si capita: b. g. I, 31; I, 47; II, 3 et 4; VII, 14, alia, quae passim obvia sunt, perlegeris. Qua de causa etiam enuntiata, quae vocantur, causalia cum modo conjunctivo construuntur, si causam non ex auctoris animo depromptam sed alius eujusdam personae continent, cuius constructionis permulta inveniuntur apud Caesarem exempla: b. g. I, 6, 3; I, 37, 2; II, 11, 4; IV, 13, 5; V, 6, 3; VI, 31, 1; VI, 40, 2; VII, 2, 2; VII, 33, 2, alias. Nonnunquam verba dicendi vel existimandi, si ponuntur in enuntiatis causalibus, modo conjunctivo proferuntur, quamquam causa inest non in verbo dicendi sed in eo, quod dicitur; ea est praesumptio quaedam constructionis.

b. g. I, 23, 3. Helvetii, seu quod timore perterritos Romanos discedere a se existimarent, eo magis, quod pridie superioribus locis occupatis proelium non commisissent, sive eo, quod re frumentaria intercludi posse confiderent, nostros insequi ac lassere cooperunt.

b. g. I, 27, 4. ... sive timore perterriti, ne armis traditis supplicio afficerentur, sive spe salutis induci, quod in tanta multitudine suam fugam aut occultari aut omnino ignorari posse existimarent, prima nocte ad Rhenum contenderunt.

b. g. I, 39, 3. ... quorum aliis alia causa illata, quam sibi ad proficiscendum necessariam esse diceret ...

VI, 7, 6. Loquitur in concilio palam, quoniam Germani appropinquare dicantur ...

VI, 31, 1. Ambiorix copias suas judicione non conduxit, quod proelio dimicandum non existimaret, an tempore exclusus et repentina equitum adventu prohibitus, dubium est. Hoc loco tamen modus conjunctivus etiam ea de causa positus est, quod enuntiatum causale est pars necessaria quaestionis indirectae.

Quin etiam in enuntiatis relativis modum conjunctivum Caesar usurpat sine omnibus, quas modo protuli, causis, quum profert cogitata tertiae eujusdam personae:

VII, 33, 2. ... senatumque omnem et, quos inter controversia esset, ad se Decetiam evocavit. Ad quem locum Kranerus adnotat: er entbot den Senat und die, welche, nach dem Bericht der Aeduer, in Streit begriffen waren. Cui consimilis est locus hic: VII, 11, 5... quaeque ad eam rem usui sint, militibus imperat (Caesar). — quae ad eam rem utilia putabat — Kranerus: Der Konjunktiv hat seinen Grund in der Prägnanz des Ausdrucks, indem in imperat der Begriff eines dicit, indicat enthalten ist: quae usui sint indicat eaque imperat. Quae interpretatio mihi longius repetita videtur.

Attamen inveniuntur non perpauci loci, quibus Caesar iisdem conditionibus, quas modo exposuimus, modo indicativo usus est. Quae cum res imprimis ad hanc quaestionem pertineat, cumque statuerim eam praeципue rem indagare, necesse est etiam omnes, qui huc pertinent, afferre locos. Causas, cur enuntiata relativa, etiamsi sint partes sive enuntiati conjunctivi sive acc. c. inf. sive orationis obliquae, modum tamem habeant indicativum, grammatici has indicant: Non sunt talia ejusmodi enuntiata relativa partes necessariae atque arte cohaerentes cum iis enuntiatis, quibus continentur, sed ab auctore ipso, quo quid magis declaretur, interposita atque interjecta; non sunt prolata ex animo, de sententia dicentis vel cogitantis sed quodammodo interpolata, quibus excisis demptisque constructio enuntiati consistere potest. Kruegerus (§ 652, 2) hoc quoque addidit: Indessen auch solche Nebensätze, die in den Gedanken des Redenden

hineingehören, und welche als solche selbst oft schon dadurch kenntlich sind, dass sie Korrelativsätze sind, werden dennoch zuweilen in den Indicativ gesetzt. Der Zweck des Schriftstellers ist meistens dabei, anzudeuten, dass das Gesagte nicht bloss eine Ansicht des Redenden sei, sondern eine von dieser unabhängige historische Gewissheit habe; überhaupt wo sonst der Conjunction eine Zweideutigkeit veranlassen könnte. Bene Kruegers egisset, si hanc coniunctivi ambiguitatem verbis nonnullis definisset, sed ea, quae modo attulit, viro doctissimo ipsi sufficere non videntur; in notis enim dicit: dass dieser Grund nicht überall ausreicht, zeigt Liv. 45, 18 u. Cie. off. I, 26. Schultzius, postquam eadem fere praecepit, hoc addit: (§ 369, Anm. 2). Namentlich geschieht dies oft bei relativen Umschreibungen von Begriffen, für welche es im Lateinischen entweder gar kein oder kein übliches Wort giebt. Prima causa modi indicativi a grammaticis allata ad hos Caesarianos locos pertinere mihi videtur.

b. g. I, 38, 1. Cum tridui viam processisset, nuntiatum est ei, Arioustum cum suis omnibus copiis ad occupandum Vesontionem, quod est oppidum maximum Sequanorum, contendere. — Liquet enim haec verba: „quod est oppidum maximum Sequanorum“, non esse nuntiorum, sed ea esse a Caesare ipso pro lectoribus commentariorum interposita; Caesar, qui jam diu in Gallia versabatur, priusquam ei hoc nuntiatum est, pulchre sciebat, Vesontionem esse maximum oppidum Sequanorum.

b. g. II, 4, 10. Remi dicebant . . .: Condrusos, Eburones, Caeraeos, Paemonos, qui uno nomine Germani appellantur, arbitrari (se) ad XL milia.

b. g. II, 8, 4 . . . castella constituit ibique tormenta collocavit, ne, cum aciem instruxisset, hostes, quod tantum multitudine poterant, ab lateribus pugnantes suos circumvenire possent. — Et hic enuntiatum relativum non esse cum enuntiatio finali conjunctum sed esse enuntiatum, ut ita dicam, *ἐπεξηγητικὸν*, manifestum est.

b. g. III, 11, 2. Huic (T. Labieno) mandat (Caesar), Remos reliquaque Belgas adeat atque in officio contineat Germanosque, qui auxilio a Belgis arcessiti dicebantur, si per vim navibus flumen transire conentur, prohibeat.

IV, 32, 2. Caesar id, quod erat, suspicatus, aliquid novi a barbaris initum consilii, cohortes, quae in stationibus erant, secum in eam partem proficiisci, ex reliquis duas . . . jussit.

V, 5, 2. Ibi cognoscit, LX naves, quae in Meldis factae erant, tempestate rejectas cursum tenere non potuisse atque eodem, unde erant profectae, revertisse. — Quo in exemplo nunc quidem haec verba: „quae in Meldis factae erant“, urgeo, de insequenti enuntiatio relativo infra. Prorsus memorabilis est locus hic: V, 23, 3. Ac sic accidit, ut ex tanto navium numero tot navigationibus neque hoc neque superiore anno ulla omnino navis, quae milites portaret, desideraretur, at ex iis, quae inanes ex continenti ad eum remitterentur et prioris commeatus expositis militibus et quas postea Labienus facendas curaverat numero LX, per paucae locum caperent. — Priora enuntiata relativa, quippe quae continuo cohaerescant cum enuntiatis coniunctivis, coniunctivo quoque modo exhibentur; enuntiatum autem, quod respondet verbis: „et prioris commeatus“ habet modum indicativum, quod jam est ab coniunctivo remotius et pro adjectivo quodammodo est positum; jam evanuit e Caesaris animo vis coniunctivi enuntiati consecutivi et factum historicum solum, quod ad rem explanandam addidit, mentis cogitatione amplectitur.

VI, 10, 5 . . . silvam esse ibi infinita magnitudine, quae appellatur Bacenis . . .

VI, 22, 3. Ejus rei multas afferunt (Suebi) causas, ne qua oriatur pecuniae cupiditas, qua ex re factiones dissensionesque nascentur. — Sententiam enuntiati relativi non ex animo Sueborum sed ex suo animo Caesar exhibit; est enim locus communis.

VII, 12, 3. Quo ex oppido cum legati ad eum (Caesarem) venissent oratum, ut sibi ignosceret suaequa vitae consuleret, ut celeritate reliquas res conficeret, qua pleraque erat consecutus (Caesar), arma conferri . . . jubet.

VII, 31, 4. ... sagittariosque omnes, quorum erat permagnus numerus in Gallia, conquiri et ad se mitti jubet.

VII, 64, 2. ... peditatu, quem ante habuerat, se fore contentum dicit (Vercingetorix).
b. c. I, 26, 2. ... admirabatur Magium, quem ad Pompejum cum mandatis miserat, ad se non remitti.

b. c. I, 18, 1. Interim Caesari nuntiatur Sulmonenses, quod oppidum a Corfinio VII milium intervallo abest, eupere ea facere, quae vellet ...

b. c. I, 29, 3. Interea veterem exercitum, duas Hispanias confirmari, quarum erat altera maximis beneficiis Pompeji devincta, ... nolebat (Caesar).

b. c. I, 47, 2. Afraniani (se superiores existimabant), quod initio locum tumulumque tenuissent, quae causa pugnandi fuerat, ...

b. c. I, 51, 1. Nuntiatur Afranio magnos commeatus, qui iter habebant ad Caesarem, ad flumen constitisse.

b. c. I, 64, 5. Itaque infirmiores milites ex omnibus centuriis deligi jubet, quorum aut animus aut vires videbantur sustinere non posse.

b. c. I, 70, 2. Res tamen ab Afranianis hue erat necessario deducta, ut, si priores montes, quos petebant, attigissent, ipsi periculum vitarent ...

b. c. II, 5, 3. Facile erat ... prospicere in urbem, ut omnis juventus, quae in oppido remanserat, ... ad caelum manus tenderet.

b. c. III, 1, 3. Hoc et ad timorem novarum tabularum tollendum minuendumque, qui fere bella et civiles dissensiones sequi consuevit, ... esse optimum existimavit (Caesar).

b. c. III, 23, 1. ... quod praestare arbitrabatur (Libo), unum locum, qua necessarius nostris erat egressus, quam omnia litora ac portus custodia clausos teneri.

Quos si locos accurati perspexeris, invenies non esse perpaucos, in quibus ipse Caesar sit subjectum. Facile igitur fieri potuit, ut Caesar cogitata personae dicentis vel cogitantis, quae persona est ipse Caesar, ut sua, id est auctoris, modo indicativo proferat, praesertim cum res re vera gestas referat.

b. g. V, 25, 4. Lucium Plancum cum legione ex Belgio celeriter in Carnutes proficiisci jubet ibique hiemare, quorumque opera cognoverat Tasgetium interfectum, hos comprehensos ad se mittere. — „Cognoverat“ legit Kranerus, Kochius „cognoverit“. — Si modum indicativum legis, intelligere debes, Caesarem jam, priusquam Plancum in Carnutes miserit, interfectores Tasgetii cognovisse, cum contra modus conjunctivus indicet, eos esse Plancum indagandos. Quibus locis hos quoque adnumerare potes:

b. g. I, 28, 2. Helvetios, Tulingos, Latovicos in fines suos, unde erant profecti, reverti jussit ... et paulo infra: ipsos oppida vicosque, quos incenderant, restituere jussit (Caesar); item in eodem capite: quod noluit (Caesar), eum locum, unde Helvetii discesserant, vacare. Paene mihi venit in mentem, Caesarem semper in enuntiatis relativis, quae sint partes acc. c. inf., qui pendeat a verbo jubendi, modo indicativo uti, quod non ita se habere, ex his intelliges.

b. g. I, 27, 3. ... atque (cum) eos in eo loco, quo tum essent, suum adventum exspectare jussisset ...

b. g. III, 11, 5. ... et, cum primum posset, in Venetos proficiisci jubet. VII, 35, 5. His quam longissime possent egredi jussis ... — Intelliges quoque, quomodo loci, quos supra laudavi, ab his differant. Enuntiatum relativum, quod modo conjunctivo exhibetur, pertinet ad id, quod Caesar jussit, illi autem loci meram continent attributionem. Cf. VII, 36, 3; b. c. III, 24, 1.

Omnes, quos adhuc attuli, loci haud arte cum constructione sunt colligati; sed exstant etiam loci, quibus enuntiata relativa pronomine demonstrativo vel correlativo cum enuntiato conjunctivo aut accusativo c. inf. conjuncta sunt, sed tamen his quoque locis invenimus modum indicativum. Cujus rei explananda fortasse ansam dat hic locus:

b. g. VII, 28, 6. Quos ille (Vercingetorix) multa jam nocte silentio ex fuga exceptit veritus, ne qua in castris ex eorum concursu et misericordia vulgi sedatio oreretur, ut procul in via dispositis familiaribus suis principibusque civitatum disparandos deducendosque ad suos curaret, quae cuique civitati pars castrorum ab initio obvenerat. — Enuntiatum relativum pro „in eam partem, quae etc.“ positum esse consentaneum est. Est igitur pronomen demonstrativum hoc loco omissum, quod alias Caesar posuit. Pronomen demonstrativum magis his locis pertinet ad relativum quam ad enuntiatum conjunctivum aut ad acc. c. inf. Si igitur ea in hanc sententiam accipis, ut putes Caesarem non enuntiatum relativum solum sed etiam pronomen demonstrativum ex animo suo protulisse atque interjecisse, e re mea agis. Nostro modo interpungendi deducimur ad opinionem, etiam a latinis auctoribus pronomen demonstrativum a relativo semper ita disjungi, ut pronomen demonstrativum ad aliud atque ad relativum enuntiatum pertineat; quod non esse rectum, jam ex ea verborum collocatione „id quod“ intelligere possumus. Sed jam profaramus exempla Caesariana:

b. g. IV, 28, 2. ... tanta tempestas subito coorta est, ut nulla earum (navium) cursum tenere posset, sed aliae — eodem unde erant prefectae — referrentur, aliae ad inferiorem partem insulae, quae est proprius solis occasum, ... dejicerentur.

b. g. V, 5, 2. Ibi cognoscit naves, quae in Meldis faectae erant, tempestate rejectas cursum tenere non potuisse atque — eodem unde erant prefectae — revertisse.

VI, 5, 2. ... ne quis aut ex hujus iracundia aut ex — eo quod meruerat — odio civitatis motus exsistat.

b. c. I, 40, 7. ... suspicatus (C. Fabius) fore — id quod accidit — ut duces adversariorum occasione et beneficio fortunae ad nostros opprimendos uterentur.

b. g. I, 24, 3. ... et eum (locum) — ab his qui in superiore acie constiterant — muniri jussit. — Jam ex pronomini collocatione appareat, hos locos ita esse accipiendos; interdum autem etiam alio loco Caesar pronomen demonstrativum posuit, ubi primum ei enuntiatum relativum, quod ex suo iudicio profert, in mentem venit.

b. g. IV, 22, 6. P. Sulpicius Rufum legatum — cum eo praesidio quod satis esse arbitrabatur — portum tenere jussit.

b. g. III, 2, 1. Subito per exploratores certior factus est — ex ea parte vici quam Gallis concesserat — omnes noctu discessisse.

b. g. VI, 7, 8. Labienus, quo facilius hostibus timoris det suspicionem, majore strepitu et tumultu, quam populi Romani fert consuetudo, castra moveri jubet. — Verba: „quam populi Romani fert consuetudo“, ad id, quod Labienus jussit, non pertinent; non sunt verba Labieni, quibus jussa sua profert, sed sunt a Caesare interposita. Labienus magno tumultu castra moveri jubet; cum autem Caesar addere vellet, id non esse ex consuetudine Romanorum, comparativum „majore“ posuit et enuntiato eo, quod a „quam“ incipit, suam adnotacionem adjicit.

Pro nominibus substantivis aut adjectivis, quae linguam latinam deficiant aut minus sint usitata, haec enuntiata relativa posita esse, mihi concedes; quare ea modo indicativo exhibentur.

VI, 14, 4. Id mihi duabus de causis instituisse videntur, quod neque in vulgum disciplinam efferri velint neque eos qui discunt litteris confisos minus memoriae studere. — Verba „eos qui discunt“ Caesar profecto ex animo Druidum profert, quod imprimis modus conjunctivus „velint“ testatur, sed tamen modus indicativus positus est. Consimilis locus est hic:

b. g. VII, 78, 1. Sententiis dictis constituant, ut ii, qui valetudine aut aetate inutiles sunt bello, oppido excedant. „Qui valetudine aut aetate inutiles sunt“ = aegroti aut senes.

VII, 81, 2. Subito clamore sublatu, qua significatione, qui in oppido obsidebantur, de suo adventu cognoscere possent. . .

b. c. I, 87, 1. Addit etiam, ut, quod quisque eorum in bello amiserit, quae sint penes milites suos, iis, qui amiserant, restituatur.

b. c. I, 16, 1. ... Caesar conqueri milites, qui ab eo discesserant, delectumque institui jubet.

b. c. I, 38, 2. . . officia inter se partiuntur, uti Varro cum iis quas habebat legionibus omnem ulteriore Hispaniam tueatur . . . — Nisi forte hunc locum iis, quos supra laudavi, locis adnumerare vis.

b. c. III, 87, 4. An non audistis ex iis, qui per causam valetudinis remanserant, cohortes esse Brundisi factas?

Sed restant semper loci, qui his omnibus interpretationibus erui non possint. Nihil aliud relinquitur, nisi ut hoc concedamus: si cui scriptori latino res ut re vera factae ante mentis oculos obversantur, modo indicativo eas exhibet, neque est mirandum, quod tam saepe a nostris grammaticis erutam atque constitutam legem latini scriptores neglexerunt, sed potius est mirandum, quod tam constanter eam observaverunt. Etiam latinis scriptoribus suum est arbitrium, suum judicium, neque potest lingua viva, quae in dies magis procedit atque progreditur, artis legibus grammaticis coerceri; contra nos ex scriptis latinorum scriptorum ratione ac via, temporum decursum sequentes, leges grammaticas componere atque enucleare debemus. Huc pertinent hi loci, quos singillatim laudare longum est: b. g. IV, 1, 10; 43, 6; V, 8, 3; V, 51, 4; IV, 12, 6; IV, 38, 2; b. c. I, 62, 1; II, 32, 4 et 9.

Prorsus memorabiles sunt loci hi:

b. c. III, 107, 2. Interim controversias regum ad populum et ad se, quod esset consul, pertinere existimans atque eo magis officio suo convenire, quod superiore consulatu cum patre Ptolomaeo et lege et senatus consulto societas erat facta, ostendit . . .

Quo loco magis sentiri quam definiri potest, quomodo inter se differant modus conjunctivus et indicativas in enuntiatis, quae incipiunt a conjunctione „quod“. Multo dignior, qui commemoretur, est locus hic:

b. g. I, 40, 5. Factum ejus hostis periculum patrum nostrorum memoria, cum Cimbris et Teutonis a. C. Mario pulsis non minorem laudem exercitus quam ipse imperator meritus videbatur; factum etiam . . . — Videmus, Caesarem sive orationis flumine sive imaginationis vigore commotum praeteritas res tanquam praesentes vidiisse itaque ab oratione indirecta ad directam transiisse, id quod persaepe apud graecos scriptores fieri, inter omnes constat⁸⁾.

§ 3.

De conjunctionibus „cum“ et „priusquam“ quaedam.

Nostri omnes grammatici praeciipiunt, ut „cum“ temporale cum modo indicativo, „cum“ causale cum conjunctivo conjugatur⁹⁾. Et profecto „cum causale“ quidem semper apud Caesarē cum modo conjunctivo constructum invenimus, ut ad haec grammaticarum praecepta nihil addendum esse putem. Paucā tantum ad eos locos Caesarianos, quibus „cum“ cum indicativo conjunctum est, adnotare in animo habeo. Enuntiatorum, in quibus „cum“ conjunctum est cum indicativo, tria genera a grammaticis exhibentur: 1) Enuntiata, quae merum tempus, quo res geritur, indicant; 2) quae significant, aliquid identidem atque saepenumero fieri; 3) quae continent artam factorum cohaerentiam. At primum est monendum, eam iterationem factorum, eam factorum cohaerentiam non conjunctione „cum“ contineri, sed temporibus verbi inesse, id quod grammatici haud ita, ut debuerunt, spectasse mihi videntur. Conjunction „cum“ nihil aliud est nisi correlativum, quod vocant, ad adverbium „tum“ neque aliud quidquam indicat nisi tempus, quo res geritur. Si quis contendit, rem aliquam gestam esse causam alias eujuspiam facti, ita ut inter haec facta non temporalem solum sed causalem etiam consecutionem existere putet, „cum“ cum modo subjectivo, ut ita dicam, id est cum conjunctivo construitur. Quamquam

⁸⁾ In praesentia hic mihi locus in manibus est: Xen. Anab. I, 3, 14. . . πέμψαι δὲ καὶ προκαταληφθεῖν τὰ ἄκρα, ὅπως μὴ φθάνωστ μήτε Κῦρος μήτε οἱ Κίλικες καταλαβόντες, ὃν πολλοὺς καὶ πολλὰ χρήματα ἔχομεν ἀνηγγελακότες.

⁹⁾ Cf. Schultz § 365; Krueger §§ 624, 625, 626; Madvig §§ 358, 359; Kritz, Berger §§ 147, 148.

ad rem nostram revertamur et locos, qui hue pertinent, proferamus. Atque primum exempla, ubi „cum“ significat merum tempus, enumerabimus¹⁰⁾.

b. g. III, 9, 2. His rebus celeriter administratis ipse, cum primum potuit, ad exercitum contendit. — Invenimus hic et in a et in b perfectum historicum, quod vocant, quod simpliciter narratur.

VI, 12, 1. Quum Caesar in Galliam venit, alterius factionis principes erant Aedui, alterius Sequani. Eo tempore, quo Caesar venit, ... — In a imperfectum posuit Caesar ad status diuturnitatem describendam.

b. g. I, 1, 4. Qua de causa Helvetii quoque reliquos Gallos virtute praecedunt, quod fere cotidianis proeliis cum Germanis contendunt, cum aut suis finibus eos prohibent, aut ipsi in eorum finibus bellum gerunt.

IV, 2, 3. ... ad quos equos se celeriter, cum usus est, recipiunt.

VI, 13, 2. Plerique, cum aut aere alieno aut magnitudine tributorum premuntur, sese in servitutem dicant nobilibus. Cf. VI, 15, 1; VI, 23, 4.

Quibus in exemplis Caesar et in a et in b praesens posuit, quod res describit, quae semper in his populis fiunt.

IV, 33, 1. ... cum se inter equitum turmas insinuaverunt, ex essedis desiliunt et pedibus proeliantur. — In a praesens id, quod semper fieri solet, significat, et perfectum in b est perfectum logicum.

V, 21, 3. Oppidum autem Britanni vocant, cum silvas impeditas vallo atque fossa munierunt. — Et hic „munierunt“ est perfectum logicum. Consimiles sunt loci hi: VI, 15, 1; 16, 5; 17, 3 (bis); 18, 3; 19, 3; 27, 4 et 5. Futurum, quod facta in idem tempus incidunt, et in a et in b invenimus: b. c. III, 18, 4. ... cuius rei opinio tolli non poterit, cum in Italiam, ex qua profectus sum, reductus existimabor.

b. g. VII, 35, 5. ... cum jam ex diei tempore conjecturam ceperat¹¹⁾ in castra pervenitum, isdem sublicis, quarum pars inferior integra remanebat, pontem reficere coepit. — Hic Caesar in b plusquamperfectum posuit, quod prius conjecturam cepit, quam pontem reficere coepit; dirimit Caesar acute utriusque facti tempora.

b. c. II, 17, 3. Postea vero, cum Caesarem ad Massiliam detineri cognovit, ... se quoque ad motus fortunae movere coepit. — Hic Caesar simpliciter narrat neque negat, utrumque factum in idem tempus cadere posse. Cf. IV, 12, 1.

Observat Caesar in his enuntiatis specialem temporum vim, neque de consecutione temporum ita quidem sermo esse potest, ut contendas, tempus enuntiati primarii vim aliquam habere in tempus enuntiati temporalis.

Haud aliter sunt ii loci accipiendi, quibus in a adverbia vix, aegre, jam occurunt, et in b interdum, repente, subito sequuntur, sive b primo sive altero loco exhibetur.

b. g. VI, 7, 2. Jamque ab eo non longius bidui via aberant, cum duas venisse legiones missu Caesaris cognoscunt. — Imperfecto enuntiati „a“ Caesar statum atque conditionem describit, et in „b“ praesens historicum usurpat, quod res celeriter se excipientes exponit, quod certo intelliges, si, quae sequuntur, perlegeris. Consimilis locus est hic:

b. c. II, 11, 4. ... pars reliqua consequens procumbebat, cum hostes ... se porta foras universi proripiunt.

b. g. VII, 26, 3. Jamque hoc facere noctu apparabant, cum matres familiae repente in publicum procurrerunt. — In a eadem de causa qua supra imperfectum, in b perfectum historicum, ad quod ad celeritatem declarandam Caesar „repente“ addidit, invenimus.

¹⁰⁾ Brevidatis causa enuntiatum primarium litera „a“, secundarium litera „b“ liceat mihi significare.

¹¹⁾ Kochius sane legit „caperet“, quod non in sensum cadere apertum est.

b. g. VI, 8, 1. Vix agmen novissimum extra munitiones processerat, cum Galli ... flumen transire et iniquo loco committere proelium non dubitant.

Hic quoque in a plusquamperfectum suam servat specialem vim: jam novissimum agmen extra munitiones erat, actio excedendi jam est plane perfecta neque jam res extans sed praeterita ¹²⁾.

Jam pervenimus ad eos locos, quibus „cum“ vim iterativam habere grammatici dicunt; invenimus tamen omnibus his locis Caesarianis in a semper imperfectum, quod consuetudinem, morem, usum quandam indicat; iteratio igitur in tempore imperfecto posita est. In b invenimus sexies plusquamperfectum: b. g. III, 14, 6; 15, 1; V, 19, 2; 35, 1 et 3; VII, 22, 2; b. c. I, 58, 2 (bis), imperfectum: b. c. I, 79, 3; III, 44, 6.

Plusquamperfectum significat, quod in enuntiato temporali narretur, id plane esse perfectum, cum id, quod sequatur, agi incipiatur.

b. g. III, 14, 6. His (falcibus) cum funes, qui antemas ad malos destinabant, comprehensi adductique erant, navigio remis incitato praerumpabantur. — Imperfectum autem in b significat utrumque factum et enuntiati a et b in idem tempus incidere, non esse factum, quod exponatur in enuntiato b, omnibus numeris perfectum, sed inchoatum et eodem tempore quo factum enuntiati a extans.

b. c. I, 79, 3. ... cum vallis aut locus declivis suberat neque ii, qui antecesserant, morantibus opem ferre poterant, equites vero ex loco superiore in aversos tela conjiciebant, tum magno erat in periculo res.

Quis non intelligit, imperfecto in b diurnitatem status rerum describi?

b. c. III, 44, 6. Quare cum erant loca Caesari capienda, etsi prohibere Pompejus totis copiis et dimicare non constituerat, tamen suis locis sagittarios fundidoresque mittebat ... multique ex nostris vulnerabantur.

Cur „cum“ temporale cum conjunctivo interdum construatur, exstant plerumque aliae causae, quarum est praecipua, quod est enuntiatum temporale saepe pars necessaria acc. c. inf. aut enuntiati conjunctivi, quod continet sententiam, voluntatem, opinionem alius ejusdem personae.

b. g. III, 11, 5. Decimum Brutum classi praefecit et, cum primum posset, in Venetos proficisci jubet. „Cum primum posset“, sunt verba ipsius Caesaris jubentis.

b. g. III, 12, 1. Erant ejusmodi fere situs oppidorum, ut posita in extremis lingulis promunturisque neque pedibus aditum haberent, cum ex alto se aestus incitavisset ...

b. g. III, 13, 9. Accedebat, ut, cum saevire ventus coepisset et se vento dedissent, et tempestatem ferrent facilius et in vadis consistenter tutius ...

At quam facile praeter vices temporales causalibus quoque conjunctio „cum“ fungi possit, ex hoc loco dilucide intelligimus.

b. c. III, 87, 6. Haec cum dixisset, juravit se nisi victorem in castra non reversurum reliquaque, ut idem facerent, hortatus est. Hoc laudans Pompejus idem juravit; nec vero ex reliquis fuit quisquam, qui jurare dubitaret. Haec cum facta sunt in consilio, magna spe et laetitia omnium discessum est. — Nonne exspectas in superiore potius enuntiato modum indicativum, in posteriore conjunctivum? Sed tamen Caesar verba Labieni in causam jurisjurandi accipit; verba autem: „haec cum facta sunt in concilio“, sunt ei meri temporis descriptio.

Neque aliter Caesar causam recipiendi his verbis profert:

b. c. II, 41, 6. Cum cohortes ex acie procurrissent, Numidae integri celeritate impetum nostrorum effugiebant, rursusque ad ordines suos se recipientes circuibant et ab acie excludabant. — Simul Caesar imperfecto in a indicat, hoc identidem esse factum. Cf. b. c. III, 48, 2, b. g. VII, 16, 3; I, 25, 3.

¹²⁾ Bene Kruegerus (I. l. § 623 n. 1) monet, enuntiatum, quod incipiat a conjunctione cum, esse enuntiatum sensu quidem primarium, et enuntiatum primarium esse re vera enuntiatum temporale, ut eodem sensu etiam ita dici possit: matres familiae repente in publicum procurserunt, cum hoc noctu apparabant. Vigore tantum sermonis, ait Kruegerus, hanc, ut ita dicam, orationis inversionem exstitisse.

His duobus locis — b. c. I, 63, 3 et III, 47, 7 — magis mihi vis concessiva, quod Kranerus non vidit, quam causalis conjunctionis „cum“ sensui convenire videtur.

b. c. I, 63, 3. Equites ab eo missi flumen transeunt et, cum de tercia vigilia Petrejus atque Afranius castra movissent, repente sese ad novissimum agmen contendunt.

b. c. III, 47, 7. Non, illis ordeum cum daretur, non legumina recusabant. Cf. Kraneri adn. ad. h. l.

Hoc loco mihi pauca de constructione conjunctionum „priusquam“ et „antequam“, quippe quae cum conjunctione „cum“ quasi cognatae sint, liceat addere. Ut enim conjunctio „cum“ proprio significat, duo facta in idem tempus incidere, sic hae conjunctiones indicant, alterum factum idque enuntiati primarii priori tempore fieri quam factum enuntiati obliqui. Porro simili ratione et „cum“ et „antequam“ et „priusquam“ et cum indicativo et cum modo conjunctivo conjuguntur, eademque fere est causa modi conjunctivi in conjunctionibus „antequam“ et „priusquam“ atque in conjunctione „cum“.

Cum conjunctiones antequam et priusquam conditionem, causam, consilium personae cuiusdam contineant, grammatici ajunt, eas conjungi cum modo conjunctivo, cum merum tempus, quod certum quoddam factum spectet, cum modo indicativo. Item grammatici praecipiunt, ut salva superiore regula perfectum semper in modo indicativo ponas, imperfectum et plusquamperfectum in modo conjunctivo, simulque affirmant, praesens et in modo conjunctivo et in modo indicativo ponи posse. — Cf. Schultz, § 364; Kritz, Berger, § 147, adn. 6; Krueger, §§ 634, 635, 636.

Et profecto apud Caesarem exemplum, in quo priusquam aut antequam cum tempore praesenti modi indicativi conjunctum est, nisi vehementer fallor, invenitur nullum; ad quod haec Kruegeri observatio — § 365, a. — affterri potest: Der Nebensatz im Präsens, welcher zur Bestimmung der Zeit des im Hauptsatze Ausgesagten dienen soll, kann daher nicht von einem einzelnen Factum in der Gegenwart reden, sondern nur etwas aussagen, was öfters zu geschehen pflegt. Obgleich nun hier auch der Ind. Präs. stehen kann, so ist doch der Konjunctiv gebräuchlicher, um den Gedanken zu verallgemeinern und die Handlung in ihrer Unselbstständigkeit von der im Hauptsatze ausgesagten darzustellen, durch deren Eintreten sie erst bedingt ist.

Perfectum modi indicativi tribus locis nobis occurrit:

b. g. I, 53, 6. Ita proelium restitutum est, atque omnes hostes terga verterunt neque prius fuga destiterunt, quam ad flumen Rhenum milia passuum ex eo loco circiter quinque pervenerunt.

b. g. VII, 25, 4. ... nec prius ille est a propugnatoribus vacuus relictus locus, quam restincto aggere atque omni ex parte summotis hostibus finis est pugandi factus.

VII, 43, 3. ... neque finem prius sequendi fecerunt, quam muro oppidi portisque appropinquarunt. — Memorabile id mihi videtur, quod tribus his locis in enuntiato primario negatio invenitur. Perfectum conjunctivi exstat: b. g. III, 18, 7. His rebus adducti non prius Viridovicem reliquosque duces ex consilio dimittunt, quam ab his sit concessum, arma uti capiant et ad castra contendant.

Quibus locis comparatis facile intelliges, in tribus superioribus exemplis Caesarem tempus tantum ante oculos habuisse, neque aliter, si haec enuntiata conjunctione cum exhibita essent, modus positus esset indicativus: Cum Germani ad Rhenum pervenerunt, tum demum fuga destiterunt; simili modo alii loci possunt mutari. Concedes autem, in ultimo exemplo modo conjunctivo Caesarem indicasse, Gallos Viridovicem tam diu precando, fortasse etiam minitando ursisse, dum, ut arma caperent, sibi concederet. Perfectum positum est, quod in enuntiato primario praes. hist. extat, et aptissime Kruegerus ad hunc locum adnotat — § 636, 1. — das Perfect Konj. ist hier auf ähnliche Weise gewählt, wie das Präs. nach ut bei vorhergehendem hist. Präs. Loci, quibus Caesar tempore praesenti modi conjunctivi usus est, exstant exceptis iis, quibus oratio obliqua in causa conjunctivi est, tres:

b. c. I, 22, 2. Facta potestate ex oppido mittitur, neque ab eo prius Domitianis milites discedunt, quam in conspectum Caesaris ducatur. Hic quoque modum conjunctivum consilium militum, quo illi, ut Lentulus in conspectum Caesaris perveniat, optent, indicare concedes. Milites enim timebant, ne Lentulus aufugeret, et ut sibi persuasum haberent, Lentulum re vera Caesarem convenisse, eum prosecuti sunt.

b. c. I, 54, 4. Hunc (collem) celeriter, priusquam ab adversariis sentiatur, communis. — Caesar rem noctu gerit et maxima, qua potuit, celeritate, ne adversarii consilium suum cognoscant. Consecutio temporum autem est in causa temporis praesentis, neque haec exempla sunt aliena ab iis, quae infra afferam.

b. g. VII, 71, 1. Vercingetorix, priusquam munitiones ab Romanis perficiantur, consilium capit, omnem a se equitatum dimittere. — Hic de consilio quidem Vercingetorigis sermo esse non potest, namque, quod omnem equitatum noctu dimisit, prohibere neque potuit neque voluit, quominus a Romanis munitiones perficerentur, sed potius ei timendum erat, ut equitatum munitionibus perfectis dimittere posset. Quare bene ages, si putabis, hoc enuntiatum temporale esse ex Vercingetorigis animo depromptum vel potius esse partem ejus, qui sequitur, acc. c. inf.

Restat denique, ut eos locos contempnemur, quibus priusquam et antequam cum imperfecto aut plusquamperfecto modi conjunctivi conjuncta sunt, atque invenies, eos esse plurimos. Iis enim exceptis, quibus modus conjunctivus sive propter orationem obliquam, sive quod ea enuntiata sunt partes enuntiati conjunctivi, positus videtur esse, occurunt ejusmodi enuntiata apud Caesarem sedecim. Quae enuntiata mea quidem sententia sunt in duo genera dividenda, quorum est alterum, quod consilium voluntatemque continet, ut aliquid fiat aut ne quid fiat; alterum, quod est genus mere temporale, sed tamen modum conjunctivum exhibet. Alteri generi adnumerandi sunt hi loci:

b. c. III, 67, 4. Nam et pervenit (Caesar) ad castra, priusquam Pompejus sentire posset. — Caesarem id egisse, ne id sentiret Pompejus, ex his verbis elucet: „Ipse (Caesar) diverso itinere quam potuit occultissime reliquas cohortes ad legionem Pompeji castraque minoria eduxit“.

b. g. II, 12, 1. Postridie ejus diei Caesar, priusquam se hostes ex terrore ac fuga reciperent — ne se reciperent — in fines Suessionum exercitum duxit. Cf. b. g. IV, 4, 7; VI, 3, 2; VII, 9, 5; 36, 7; b. c. I, 41, 5; III, 101, 1. Quibus locis b. g. III, 26, 2 et IV, 14, 1 adnumerare non dubito, quamquam Kraemer hos locos ita acceptos non vult.

b. g. III, 26, 2. Illi (praefecti equitum) ... eductis cohortibus, ne ex hostium castris conspici possent, celeriter ad munitiones pervenerunt atque his prorutis prius in hostium castris constiterunt, quam plane ab his (hostibus) videri aut, quid rei gereretur, cognosci posset. — Nonne apparet ex tota rerum conditione, praefectos equitum maxime nivos esse, ne hostes cognoscerent, quid gereretur, priusquam in castris constitissent? Eadem fere est conditio alterius loci: IV, 14, 1. Acie triplici instituta et celeriter VIII milium itinere confecto prius ad hostium castra pervenit, quam, quid ageretur, Germani sentire possent. — Cur enim Caesar iter suum adeo acceleravit, nisi ut Germani de consilio suo celarentur?

Restant igitur sex tantummodo loci, quibus priusquam cum imperfecto conjunctivi constructum est, quamquam merum tempus indicat: b. g. I, 19, 3; IV, 4, 2; VI, 37, 2; b. c. II, 26, 4; 34, 6; III, 7, 3. Qui loci sane sufficiunt ad eam Caesarianam constructionem comprobandum. Ad hos mihi locos illud Kritianum pertinere videtur — § 147, adn. 6 —:

„Diese Construction findet auch häufig dann statt, wenn der Inhalt des Nebensatzes nicht von einer Vorstellung des im Hauptsatze enthaltenen Subjects selbst abhängig sein kann, aber dennoch so häufig aufgefasst wird, als ob er gleichsam durch eine absichtslose Macht der Verhältnisse sich gestaltete. Im Deutschen lässt sich die Bedeutung dieses Conjunctivs entweder nur durch Umschreibung annähernd ausdrücken, oder sie wird gar nicht berücksichtigt“. Quibus cum verbis haec Krugeri verba conjungi possunt — § 336 —: „Auf diese Weise hat man sich den Gebrauch des Conjunctivs in dieser Construction zu erklären, welcher da, wo nicht bloss und ausschliesslich das Zeitverhältniss der beiden Facta zu einander hervorgehoben ist, zum gewöhnlichen Sprachgebrauche geworden ist, sowie der Conj. Imperf. und Plusqpf. bei quum“.

§ 4.

De ablativorum absolutorum, qui dicuntur, usu apud Caesarem.

Si actio verbi finiti, quod vocant, participio verbi cuiusdam planius describitur, si explanatur participio, quo modo, quibus conditionibus, quo tempore res geratur, et hoc cum participio subjectum quoque est coniunctum, et subjectum et participium casu ablativo exhibentur, quod is casus significat modum, tempus, quo aliquid fit. Quos ablativos grammatici, quod sunt a verbo finito absoluti neque ab eo pendent, absolutos vocant. Cujusmodi igitur sit horum casuum absolutorum usus apud Caesarem, jam disquiramus. Ac primum quidem semper memoria tenere debemus, id quod grammatici non nunquam obliti esse videntur, ablativos absolutos arte cum enuntiato, cuius sunt particulae, coniunctos esse neque per se enuntiatum omnibus numeris absolutum atque perfectum efficere; ablativi absoluti pro adverbiosis quodammodo positi sunt et adverbiorum vicibus funguntur. Quod facile libenterque mihi concedes, si animadverteris, ea, quae participio addita sunt, et ipsum subjectum omnia paecepta de pronomine reflexivo servare, si hoc refertur ad subjectum ejusdem aut illius enuntiati, a quo pendet enuntiatum, quo ablativi absoluti continentur, id quod jam supra monui. Duo tantum exempla afferam:

b. g. I, 53, 7. Is (C. Valerius Procillus) se praesente de se ter sortibus consultum dicebat.
b. g. I, 47, 6. ... exercitu suo praesente exclamavit (Ariovistus).

Hocelucet quoque ex eo, quod saepe Caesar subjectum verbi finiti ablativis absolutis interposuit:
b. g. VI, 9, 8. Cognita Caesar causa reperit ab Suevis auxilia missa esse. Cf. b. g. II, 11, 2; II, 32, 3; b. c. III, 62, 1.

b. g. I, 44, 10. Debere se (Ariovistum) suspicari simulata Caesarem amicitia, quod exercitum in Gallia habeat, sui opprimendi causa habere.

Quibus pro veris acceptis efficitur quoque, ablativos absolutos non esse interpunctione a verbo finito dirimendos; sed hoc tanquam praetereunte adnotavimus. Jam proferamus exempla ablativorum absolutorum quaedam, quibus tempus significatur:

b. g. IV, 12, 2. ... nihil timentibus nostris impetu celeriter facto nostros perturbaverunt; rursus resistantibus consuetudine sua ad pedes desiluerunt.

b. g. I, 45, 2. ... Ariovistum se consule cupidissime populi Romani amicitiam appetivisse. Quae exempla quum passim obia sint, alia enumerare supersedeo.

Modus, ratio, qua res geritur, in his exemplis exhibitur: VII, 58, 8. secundo flumine. VII, 60, 3: adverso flumine. Cf. b. c. III, 30, 4; b. g. I, 8, 2: se invito b. g. VII 82, 4: re infecta.

Nonnunquam ablativi absoluti etiam ablativi instrumenti vel causae vicibus fungi videntur:

b. g. III, 14, 1 ... ubi intellexit frustra tantum laborem sumi, neque hostium fugam captis oppidis reprimi — Et in eodem capite 6: His (falcibus) cum funes adductique erant, navigio remis incitato praerumpebantur.

VII, 10, 1. ... ne ab re frumentaria duris subvectionibus laboraret...

Quod notum est, participia linguae latinae in nostro sermone aut praepositionibus cum substantiis aut conjunctionibus sive temporalibus sive causalibus sive concessivis reddi solere, eam disquisitionem missam facio, et pauca tantum exempla Caesariana proferam, quae ita comparata sunt, ut praedicatum ablativorum absol. non sit participium perf. aut praes. sed adjec-tivum aut substantivum.

b. g. II, 9, 2. ... secundiore equitum proelio nostris Caesar suos in castra reduxit.

V, 52, 1. ... omnibus suis incolumibus copiis eodem die ad Ciceronem pervenit.

VII, 17, 2. ... alteri non magnis facultatibus ... celeriter, quod habuerunt, consumpserunt.

VII, 62, 6 ... incerto etiam nunc exitu victoriae ...

b. c. I, 50, 3. ... atque erat difficile eodem tempore rapidissimo flumine opera perficere et tela vitare.

Nomina substantiva pro participiis posita invenimus apud Caesarem haec: consul, praecipue ad tempus indicandum, quo aliquid fit, auctor, dux, deprecator;

b. g. I, 40, 2, quem locum jam supra laudavimus; b. c. I, 32, 2.... ipso consule Pompejo. Cf. b. g. I, 2, 1; I, 6, 3; 35, 4; IV, 1, 1; V, 1, 1.

V, 28, 7. postremo quid esse levius aut turpius quam auctore hoste de summis rebus capere consilium.

b. c. II, 29, 2. uno auctore. Cf. b. c. I, 26, 2; b. g. V, 25, 3.

b. g. II, 23, 4 duce Boduognato. Cf. III, 21, 4; VI, 40, 3; VII, 67, 7.

b. g. I, 9, 2. legatos ad Dumnorigem Aeduum mittunt (Helvetii), ut eo deprecatore a Sequanis impetrarent.

Pronomina sive personalia sive demonstrativa sive reflexiva sive relativa pro nominibus substantivis subjecti loco saepe usurpasse Caesarem, jam ex iis, quae adhuc attuli, exemplis cognoscere potes.

Nonnulli grammatici hanc rem ita explicandam esse putant, ut dicant, esse supplendam formam participii „ente“, quae forma in lingua latina non exstet. Quod si discipulis praecipiunt, habeant sibi, quamquam etiam in his rebus illud Horatianum:

„Quo semel est imbuta recens servabit odorem

Testa diu“.

observandum esse puto. At manifestum est, non solum in ablativis abs. adjectiva aut substantiva praedicati vicibus fungi posse. Ut dici potest: ego consul hoc feci, ita casus rectus, cum id constructio postulat, casus sextus fieri potest — me consule. — Ea sententia grammaticorum inde exorta est, quod putaverunt, ablativos absolutos esse protasin et verbum finitum apodosin; sed sunt ablativi absoluti membra arte cohaerentia cum enuntiato, in quo exhibentur. Neque sententia mea refutari potest, quod confirmant, ablativos absolutos salva sententia omitti posse. Salva constructione, concedo, sed non sensu integro atque concinno. At, quaeso, nonne ablativi temporis, modi, limitationis quoque salva constructione omitti possunt? Sed et hi et ablativi absoluti ab auctore adduntur ad tempus, quo aliquid fit, ad modum, ad alia indicanda.

Ex eadem opinione grammaticorum haec quoque regula profecta est: ablativos absolutos usurpare non licet, nisi subjecti ablativorum absol. in eodem enuntiato, cuius sunt ablativi abs. membrum, nulla ratione mentio fit, nisi nulla inter protasin et apodosin relatio intercedit. Etiam istam regulam minime commentariis Caesaris comprobari, jam nunc demonstrare aggrediamur.

Immo subjectum ablativorum abs. exhibetur casu ipso recto in eodem enuntiato.

b. c. III, 1, 1. Dictatore habente comitia Caesare consules creantur Julius Caesar et P. Servilius.

b. g. VII, 76, 3. Coactis equitum VIII milibus et peditum circiter CCL haec in Aeduorum finibus recensebantur.

b. g. II, 22, 1. Instructo exercitu cum diversis legionibus aliae alia in parte resisterent ...

Persaepe subjectum ablativorum abs. casibus obliquis pronominis demonstrativi repetitur, interdum adverbii demonstrativis.

b. g. I, 16, 5. Ubi se diutius duei intellexit (Caesar) et diem instare, quo die frumentum militibus meteri oporteret, convocatis eorum principibus, quorum magnam copiam in castris habebat, in his Divitiaco et Lisco, qui summo magistratu praerat, quem Vergobretum appellant Aedui, qui creatur annuus et vitae necisque in suos habet potestatem, graviter eos accusat. — Grammatici sane dicunt, propter hujus periodi amplitudinem evanuisse e Caesaris memoria constructionem et Caesarem hoc loco ἀναχόλονθον, quod dicunt, usurpasse. At quomodo hos locos explanare poterunt?

b. g. I, 40, 1. Haec cum animadvertisset (Caesar), convocato consilio omniumque ordinum ad id consilium adhibitis centurionibus vehementer eos incusat.

b. g. I, 46, 3. Nam etsi sine ullo periculo legionis delectae cum equitatu proelium fore videbat, tamen committendum non putabat, ut pulsis hostibus dici posset eos (hostes pulsos) ab se per fidem in colloquio esse circumventos.

b. g. III, 14, 4. Turribus autem excitatis tamen has altitudo puppium ex barbaris navibus superabat.

b. g. IV, 21, 6. Quibus auditis (legatis) liberaliter pollicitus horfatusque, ut in ea sententia permanerent, eos (legatos) domum remittit. — An putant grammatici, Caesarem mente atque cogitatione sua istam periodum complecti non potuisse et se ipsis excusatum voluisse, quod ita scripserit? Ad eos, quos adhuc protuli locos, hi quoque addi possunt:

b. g. V, 4, 3. ... nihilo tamen secus principibus Trevirorum ad se convocatis hos singillatim Cingetorigi conciliavit.

V, 44, 6. Quo percusso et exanimato hunc scutis protegunt, in hostem tela universi conjieciunt^{13).}

VI, 4, 4. Obsidibus imperatis centum hos Aeduis custodiendos tradit.

b. c. III, 21, 4. ... eo (Milone) in Italiam evocato ... sibi conjunxit atque eum praemisit.

b. c. III, 93, 6. Eodem impetu cohortes sinistrum cornu pugnantibus etiam tum et resistentibus in acie Pompejanis circumvierunt eosque a tergo sunt adorti.

b. c. I, 36, 5. Quibus effectis armatisque (navibus) diebus triginta, a qua die materia caesa est, adductisque Massiliam his D. Brutum praeficit.

b. c. I, 66, 6. Media circiter nocte iis, qui ad aquandi causa longius a castris processerant, ab equitibus correptis fit ab his certior, duces adversariorum silentio copias castris educere.

b. c. III, 53, 3. scutoque ad eum relato Scaevae centurionis inventa sunt in eo foramina cxx. Cf. b. g. I, 40, 8; IV, 12, 1; b. c. II, 19, 5.

Etsi non in eodem enuntiato sed tamen in acc. c. inf. pendente a verbo finito subjectum ablativorum abs. idem esse ac verbi finiti, invenimus his locis:

b. g. I, 53, 7. Is se praesente de se ter sortibus consultum dicebat.

b. g. V, 7, 7. Si vim faciat neque pareat, interfici jubet (Caesar) nihil hunc se absente pro sano arbitratus...

VII, 6, 3. Nam si legiones in provinciam arcesserat, se absente in itinere proelio dimicaturas intelligebat.

Pro pronominibus adverbia loci, quibus subjectum ablativorum abs. resumitur, his locis reperiuntur:

b. g. I, 38, 7. Huc Caesar magis nocturnis diurnisque itineribus contendit occupatoque oppido ibi praesidium collocat.

b. g. I, 42, 5. Commodissimum esse statuit (Caesar), omnibus equis Gallis equitibus detractis eo (in equis) legionarios milites deponere.

IV, 21, 7. Eos (legatos) domum mittit et cum iis una Commium, quem ipse Atrebatis regem ibi (in Atrebatis) constituerat.

Praeterea non pauci occurunt loci, quibus pronomen demonstrativum ex ablativis absolutis depromptum supplendum est, ut sensus fiat perfectus atque expletus.

VI, 43, 1. Caesar rursus ad vexandos hostes profectus magno coacto numero (militum) ex finitimis civitatibus in omnes partes (eos) dimittit. Cf. VII, 4, 1; VII, 25, 3; VII, 88, 2; b. c. III, 67, 1.

Videmus igitur non paucos apud Caesarem locos extare, qui legi a grammaticis constituta repugnant; quod autem grammatici dicunt, Caesarem ingeniosa quadam negligentia in commentariis conscribendis usum esse, plane errasse mihi videntur; orationis enim perspicuitate, gravitate,

¹³⁾ Consimilis est hic locus Xenophonteu: Anab. I, 4, 12. ... καὶ οὐκ ἔγραψαν λέναι, ἐὰν μὴ τις αὐτοῖς χρήματα διδῷ, ὥστε τοὺς προτέρους μετὰ Κύρου ἀναβάσσοι παρὰ τὸν πατέρα τοῦ Κύρου, καὶ ταῦτα οὐκ ἐπὶ μάχην ἴόντων, ἀλλὰ καλοῦντος τοῦ πατρὸς Κύρου.

concinnitate Caesarem omnes fere rerum scriptores antecedere, inter omnes constat, quae laus esset maxime ambigua, si ab usitato genere dicendi atque urbanitate, qua praeter ceteros Caesar imbutus erat, recedere sibi licere arbitratus esset. An putamus, Caesarem usum loquendi observantem eandem perspicuitatem, eandem orationis concinnitatem consequi non potuisse? Gloriolam autem illam, quod novum dicendi genus induxisset, orationem commentariis suis inflexisset, Caesarem certe sprevisse mihi est persuasum. Immovero pro certo habeo, eum, qui de analogia duos libros conscripsert eosque Ciceroni, qui optime tum temporis patrium sermonem callebat, dedicaverit, vel maxime usitato generi dicendi studuisse neque ad inauditas atque acribus Romanorum auribus discrepantes constructiones confugisse.

Quamquam redeamus ad rem praepositam. Jam supra exposuimus ablativos absolutos adverbii vicibus fungi; sunt enim additamentum quoddam, quo et tempus continetur et modus et alia, quibus actio verbi finiti planius describitur.

Saepissime igitur fiet, ut subjectum vel objectum verbi finiti non sit unum idemque atque id, quo tempus, modus, circumstantiae actionis verbi finiti describantur; quare in plurimis ablativorum abs. exemplis ista grammaticorum regula ab omnibus latinis auctoribus observata esse videbitur. Quod autem grammatici contendunt, cum subjecti ablativorum abs. in eodem enuntiato mentio fiat, constructionem participalem, qua participium ad subjectum aut objectum genere, numero, casu conformandum sit, sermonis latini integritatem postulare, a Caesare permultis exemplis, quae supra laudavi, redarguuntur. Participia enim, si genere, numero, casu cum nomine substantivo enuntiati cuiusdam consentiunt, mera sunt adjektiva neque tam significanter tamque acute indicant tempus, modum actionis verbi finiti. Si igitur Caesari magis cordi fuit, tempus, modum actionis verbi finiti quam objectum aut subjectum describere, si magis spectavit facta quam eas personas, a quibus aut in quibus facta sunt, iis casibus utebatur, quibus id, quod voluit, consequi poterat, id est ablativis absolutis. Ad quae non supervacaneum esse mihi videtur addere, quae Haasio, illustrissimo ingeniosissimo viro, de ea re certa atque explorata videbantur. — Not. 590 — Postquam Haasius suas causas, cur latini scriptores ab illa lege recessissent, exposuit, his verbis disquisitionem suam peroravit: Doch können die obigen — regulae, quas in novem numeros digessit, — vorerst hinreichen, um theils die Gesetzlichkeit des in den Grammatiken verworfenen oder gar nicht erwähnten Gebrauchs — usus ablativorum abs., quamquam subjecti eorum in eodem enuntiato mentio fit, — darzuthun, theils auch zu zeigen, dass bei guten Schriftstellern hierin keine Nachlässigkeit und Willkür anzunehmen ist, die indess für Spätere nicht gelehret werden kann.

Quae inde ab illo tempore — 1839 — editores et grammatici ad singulos locos adnotaverunt, silentio praetereo, quod, quae iis Haasius praeivit, latius repetunt, neque quidquam novi addiderunt. Mea quidem sententia hic ablativorum abs. usus non a latino sermone discepere, id quod optimi auctores probant; et in ea sententia est quiescendum.

Restat denique, ut moneamus, apud Caesarem nullum exemplum casuum abl. abs. inveniri, cuius praedicatum sit participium futurum. Etiam is, quem vocant merum abl. abs., qui ita comparatus est, ut participium solum exhibeat, uno tantum loco atque eo dubio invenitur: b. g. VII, 52, 1. Postero die Caesar ... temeritatem cupiditatemque militum reprehendit, quod sibi ipsi judicavissent, quo procedendum aut quid agendum videretur, neque signo recipiendi dato constitissent neque a tribunis militum legatisque retineri potuissent exposito, quid iniquitas loci posset... — Gronovius, Qudendorpius, Schneiderus receperunt „exposito“, sed Nipperdeius, Seyffertus, Kranerus, Kochius vulgatam lectionem retinuerunt: ... neque retineri potuissent. Exposuit, quid...

Quod ad hunc locum attinet: b. c. I, 30, 3. Caralitani, simul ad se Valerium mitti audierunt, nondum profecto ex Italia sua sponte Cottam ex oppido ejiciunt. — subaudiendum esse „eo“, manifestum est, quod omissum est, cum nomen „Valerium“ paulo antecedat. Cf. b. g. IV, 12, 2.

Sed haec hactenus, alias fortasse occasione data plura.

Dr. Kitt.

Schulnachrichten.

I. Allgemeine Lehrversfassung.

Ober-Prima.

Ordinarius: Professor Dr. Otto.

1. **Deutsch und philosophische Propädeutik.** Literaturgeschichte: Die romantische Schule; Lektüre des Lessing'schen Nathan; Auffäze; Disponirübungen; Empirische Psychologie. 3 St. Otto.

2. **latein.** Cie. de nat. deor. I und II (nicht ganz beendet); Tac. Germ.; Liv. II und Sallust. bell. Jugurth.; Exercitien, Extemporalien, Auffäze; Übungen im Lateinsprechen; Einiges aus der Synonymik und Stilistik. 6. St. Dr. Brill. Horat. carm. lib. I und II, ausgewählte Satiren und Episteln. 2 St. Der Direktor.

3. **Griechisch.** Plat. Protag., ausgewählte Stellen aus Thucyd. I; Syntax der Modi und des Artikels; schriftliche Arbeiten. 4 St. Otto. Homer. II., erste Hälfte, theils statarisch, theils kursöfrisch. 2 St. Der Direktor.

4. **Französisch.** Montesquieu, Considérations etc. chap. 1—7, Corneille, Le Cid, vorher kurze französische Verslehre; grammatische Repetitionen, häusliche Penja, Klassenarbeiten. 2 St. Hoffmann.

5. **Hebräisch.** Es fanden sich für diesen Unterricht keine Theilnehmer.

6. **Polnisch** in I und II. Erste Abtheilung (aus Schülern polnischer Muttersprache bestehend): Literaturgeschichte von 1521—1621; gelesen wurde Konrad Wallenrod von Mickiewicz und Pan Podstoli von Krasicki; Auffäze. — Zweite Abtheilung (aus Schülern deutscher Muttersprache bestehend): Grammatik nach Poplinski, Formenlehre und Syntax; gelesen wurde Wypisy Polskie von Poplinski; häusl. Arbeiten. 4 St. Kawczyński.

7. **Religionslehre.** a. Katholische: Es fanden sich für diesen Unterricht keine Theilnehmer. b. Evangelische: Epheserbrief im Urtext; Kirchengeschichte (Neue Zeit); Dogmatisches und Ethisches. 2 St. Lößlad.

8. **Mathematik.** Wiederholungen; Kombinationslehre, Wahrscheinlichkeitsrechnung, Reihen höherer Ordnung, binomischer Lehrsatz; Ergänzungen und Erweiterungen der Planimetrie; Stereometrie; Lösung zahlreicher Aufgaben; häusliche Arbeiten. 4 St. Tiez.

9. **Physik.** Mechanik. 2 St. Tiez.

10. **Geschichte und Geographie:** Geschichte des Mittelalters; Wiederholungen aus der alten und neuen Geschichte und aus dem ganzen Gebiete der Geographie. 3 St. Kawczyński.

Unter-Prima.

Ordinarius: Professor Tiez.

1. **Deutsch und philosophische Propädeutik.** Literaturgeschichte: Der Leipziger Dichterbund, Klopstock und Lessing; Lektüre von Goethe's Iphigenie; Auffäze; Disponirübungen; Empirische Psychologie. 3 St. Otto.

2. **Latein.** Cic. de offic. I, Tac. Agric., Liv. XXI und XXII; Exercitien, Extemporalien, Aufsätze. 6 St. Der Direktor. Horat. carm. lib. I und II. Ausgewählte Satiren und Episteln (mit IA verbunden).
3. **Griechisch.** Plat. Apolog. und Crito; — Hom. Il. I—XII; Syntax der Casus; schriftliche Arbeiten. 6 St. Otto.
4. **Französisch.** Chefs-d'œuvre épistolaires (Göbel'sche Sammlung XXXIV); Racine, Athalie; grammatische Repetitionen, häusliche Pensa, Klassenarbeiten. 2 St. Der Direktor.
5. **Hebräisch.** Wie in IA.
6. **Polnisch.** Siehe IA.
7. **Religionslehre.** a. Katholische: wie in IA. b. Evangelische: mit IA verbunden.
8. **Mathematik.** Wiederholungen; Kettenbrüche und ihre Anwendung zur Berechnung von Irrationalzahlen und zur Lösung diophantischer Aufgaben; Ergänzungen und Erweiterungen der Planimetrie; Trigonometrie; Lösung zahlreicher Aufgaben; häusliche Arbeiten. 4 St. Tieß.
9. **Physik**
10. **Geschichte und Geographie** } mit IA verbunden.

Ober-Secunda.

Ordinarius: Gymnasiallehrer Hoffmann.

1. **Deutsch.** Stilistik und Rhetorik mit Disponirübungen; Lektüre: Die Trilogie Wallenstein, Wilhelm Tell; Aufsätze. 2 St. Ritt.
2. **Latein.** Cic. pro Rose. Am., Liv. III, IV, privatim Cic. de amic. und de senect., bis Weihnachten 1 St. wöchentlich kursorische Lektüre von Liv. III, 1—25; syntaktische Eigenthümlichkeiten im Gebrauch der Adjektiva und Pronomina, Wortbildungsslehre; häusliche Pensa, Klassenarbeiten, einige Aufsätze. 8 St. Hoffmann. Virgil. Aen. III, IV, V, VI. 2 St. Otto.
3. **Griechisch.** Herod. VII, Xenoph. Memorab. I und II, Hom. Odyss. V—VII, XV, XVI; Syntax der Tempora und Modi; schriftliche Arbeiten. 6 St. Lindenblatt.
4. **Französisch.** Bazancourt, Expédition de Crimée (Göbel'sche Samml. XII); Modus- und Tempuslehre; häusliche Pensa und Klassenarbeiten. 2 St. Hoffmann.
5. **Hebräisch.** Wie in IA.
6. **Polnisch.** Siehe IA.
7. **Religionslehre.** a. Katholische: Die Lehre von den Sakramenten und den letzten Dingen; Kirchengeschichte bis zur Reformation; Lektüre des Evangeliums nach Matth. und der Apostelgesch. 2 St. Wollmann. b. Evangelische: Wiederholung des Katechismus; Reformationsgeschichte; Lektüre der Apostelgeschichte im Urtext. 2 St. Löfflad.
8. **Mathematik.** Wiederholungen; Gleichungen vom zweiten Grad und solche höheren Gleichungen, welche sich auf quadratische zurückführen lassen; Logarithmen, logarithmische Gleichungen, Zinseszinsrechnung, arithmetische und geometrische Reihen, Rentenrechnung; Ähnlichkeit, Ausmessung der geradlinigen Figuren und des Kreises; Trigonometrie bis zur Berechnung des rechtwinkligen und gleichschenkligen Dreiecks einschließlich; Lösung zahlreicher Aufgaben; häusliche Arbeiten. 4 St. Tieß.
9. **Physik.** Wärmelehre. 1 St. Tieß.
10. **Geschichte und Geographie.** Geschichte der Römer bis zur Auflösung des weströmischen Reiches; Geographie von Europa; physische Geographie. 3 St. Kawczyński.

Unter-Secunda.

Ordinarius: Oberlehrer Dr. Brill.

1. **Deutsch.** Poetik im Anschluß an den Anhang zu Bone's Lesebuch; Lektüre: Hermann und Dorothea, Jungfrau von Orleans; Lese- und Vortragssübungen; Aufsätze. 2 St. Müller.

2. Latein. Cie. in Catil. I (von den meisten Schülern ganz memorirt), pro imp. Gn. Pomp., de senect., privatim Abschnitte aus Curtius und Caes. bell. civ. II; Wiederholungen einzelner Abschnitte aus der Grammatik; mündliches Uebersetzen aus dem Deutschen ins Lat.; Exercitien, Extemporalien. 8 St. Prill. Virg. Aen. I. und II; metrische Übungen. 2 St. Müller.

3. Griechisch. Xenoph. Anab. III—VI, Hellenic. II; Wiederholung der Formenlehre; Syntax des Kasus, des Artikels, der Pronomina; schriftliche Arbeiten. 4 St. Prill. — Hom. Odyss. VII—X, XIII, XIV. 2 St. Müller.

4. Französisch. Capesigue, Histoire de Charlemagne (Göbel'sche Samml. II); Kasuslehre; häusliche Penja und Klassenarbeiten. 2 St. Hoffmann.

5. Hebräisch. Formenlehre. Uebersetzung der Übungstücke aus Bosen's Handbuch; schriftliche Übungen. 2 St. Wollmann.

6. Polnisch. Siehe IA.

7. Religionslehre. Mit II A verbunden.

8. Mathematik. Wiederholungen; Gleichheit, Verwandlung und Theilung der Figuren; Lösung geometrischer Aufgaben; Proportionslehre, Wurzeln, Gleichungen vom ersten und vom zweiten Grade mit einer und mit mehreren Unbekannten; häusliche Arbeiten. 4 St. Mey.

9. Physik. Magnetismus und Wärme. 1 St. Mey.

10. Geschichte und Geographie. Orientalische, griechische und macedonische Geschichte und die Geographie der betr. Länder; physische Geographie und Wiederholung der Geographie der außereuropäischen Erdtheile. 3 St. Seemann.

Ober-Tertia.

Ordinarius: Oberlehrer Kawczyński.

1. Deutsch. Beendigung der Lektüre des ersten Theils von Bone's Lesebuch; Wiederholung der Satz- und Interpunktionslehre; Vortragsübungen; schriftliche Arbeiten. 2 St. Seemann.

2. Latein. Caes. bell. gall. IV, V, VI; bell. civ. I; Wiederholung des grammatischen Pensums der vorhergehenden Klasse; Syntax des Verbums; mündliches Uebersetzen aus dem Deutschen ins Lateinische; Exercitien und Extemporalien. 8 St. Kawczyński. — Ovid. Metamorph. VI—IX. Wiederholung der Prosodie und Metrik; Memoriren einzelner Abschnitte. 2 St. Seemann.

3. Französisch. Xenoph. Anab. II und III, Hom. Odyss. I (50 Verse wurden memorirt); Wiederholung der Formenlehre; unregelmäßige Verba und Lehre von den Präpositionen mit den Übungsbeispielen nach Halm; Exercitien und Extemporalien. 6 St. Wollmann.

4. Griechisch. Galland, Histoire d'Aladdin (Göbel'sche Samml. VI); unregelmäßige Verba, Bildung der Adverbia, Präpositionen; mündliches Uebersetzen aus dem Deutschen ins Französische; Exercitien und Extemporalien. 3 St. Bis Weihnachten Prill, seitdem der Direktor.

5. Religionslehre. a. Katholische: Die Lehre von den Sakramenten und den Geboten; Wiederholungen aus der Geschichte des A. und N. T. 2 St. Wollmann. b. Evangelische: Geschichte der Reformation bis zu Luther's Tode; die 5 Hauptstücke und die Unterscheidungslehren; die evangel. Perikopen des Kirchenjahres gelesen und erklärt; Lektüre des Ev. Joh.; Kirchenlieder. 2 St. Bartowski.

6. Mathematik. Wiederholungen; Potenzen mit ganzen und gebrochenen, positiven und negativen Exponenten; Ausziehen der Quadrat- und Kubikwurzel; Gleichungen vom ersten Grade mit einer Unbekannten; Planimetrie bis zum Abschnitt über die Vierecke einschließlich. 3 St. Tiez.

7. Geschichte und Geographie. Geschichte Deutschlands bis 1806; brandenburgisch-preußische Geschichte; Geographie von Deutschland und Österreich; Kartenzeichnen. 4 St. Kawczyński.

Unter-Tertia.

Ordinarius: Gymnasiallehrer Dr. K. Kitt.

1. **Deutsch.** Lesen und Erklären poetischer und prosaischer Musterstücke aus Bone's Lesebuch 1. Theil; Satz- und Interpunktionslehre; Vortragsübungen; schriftliche Arbeiten. 2 St. Wollmann.
2. **Latein.** Caes. bell. gall. I, II, III, Ovid. Metamorph. I, II, III (nach Nadermann); Wiederholung der Formen- und der Casuslehre; Tempora und Modi bis zur Lehre vom Infinitiv einschließlich; mündliches Uebersetzen aus dem Deutschen ins Lateinische; Exercitien und Extemporalien. 10 St. Kitt.
3. **Griechisch.** Jacobs' Lesebuch, Xenoph. Anab. I; Wiederholungen aus der Grammatik; Verba auf *μέν* und die gewöhnlichsten der unregelmäßigen Verba; mündliches Uebersetzen aus dem Deutschen ins Griechische; häusliche Pensa und Klassenarbeiten. 6 St. Kitt.
